



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Ordinatorum ante aetatem, extra tempora à jure statuta, & sine litteris  
dimissoriis, poenae, ibid.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

bus aliorum fide dignorum testium depositionibus, fideliter expeditas secundum formulas supra numer. 6. & 7. annotatas, titulique sufficientis documenta.

1. AEtas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum & Presbyteratum servanda, etiam per Regulares examinandos ab Episcopo..
2. Ordinatorum ante etatem, extra tempora à jure statuta, & sine literis dimissoriis, pœnæ..

XIX. Circa Ordinandorum ætatem  
servetur decretum Concilii Tridentini, (a) nimirum ut nullus ad Subdiaconatus ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum  
ætatis suæ annum inchoatum promoveatur. Neque singuli in ea ætate constituti debent ad hos ordines assumi,  
sed digni duntaxat, & quorum probata

vita

Vita sanctius sit. Regulares quoque nec  
in minore aetate, nec sine diligentí Episcopi  
scopi examine, quemadmodum in co-  
dem Concilio Tridentino (a) praescri-  
ptum est, ordinentur : privilegiis quii-  
buscunque, quo ad hoc, penitus exclu-  
sis. Si quis autem vel secularis, vel Re-  
gularis absque speciali dispensatione  
Apostolica, ante hujusmodi aetatem ad  
aliquicm ex Sacris Ordinibus se fecerit  
promoveri, a suorum ordinum execu-  
tione ipso jure sit suspensus; & si ca-  
sione durante, in iisdem Ordini-  
bus ministrare presumperit, eo ipso  
irregularitatem incurrat, praeter alias  
poenias, in tales generaliter a jure infli-  
ctas, beneficiis Ecclesiasticis, quae ob-  
tinet, potest jure privari ; quae omnia  
& singula ex Constitutione fel. rec. Pii  
II. Pontificis Maximi (b) etiam in iis lo-  
cum habent, qui extra tempora a jure  
statuta, vel absque literis dimissoriis An-  
tistitis sui Diocesani Sacris Ordinibus  
se ingerunt.

(a) Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12.  
 Conc. Provinc. Colon. sub Henrico Archiep.  
 c. 8. pag. 80. & 93. col. 2. (b) Pii Papæ II.  
 Constit. 7. tom. I. Bullarii.

*Nemo ordinandus est absque Canonico  
 titulo beneficiali pacificè posseſſo.*

XX. Cum nullus ad ordines titulo  
 beneficii Ecclesiastici quantumvis op-  
 mi promovere debeat, nisi Canonicam  
 institutionem, & pacificam posseſſio-  
 nem ejusdem beneficii se obtinere an-  
 tea probaverit; (a) idcirco qui ad Ordi-  
 nem Subdiaconatus se præsentare vo-  
 luerint, maturè prius examinata illius  
 muneris, ad quod aspirat, dignitate, &  
 si onus quod ultrò appetunt (nempè  
 perpetuam castitatem servandi, & Dei  
 servitio atque Ecclesiæ ministerio se to-  
 totos mancipandi) vires eorum, Deo ad-  
 juvante, excedere non sperent, compa-  
 reant aliquot diebus ante ipsam ordina-  
 tionem, coram Nostro in Pontificali-  
 bus